

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 3. Naturæ authoris esse rerum naturis cursum suum relinquere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

aëris est potestas in ferrum, cur non sit etiam in hominis corpus, ut illud vel contrahat, vel extendat?

## §. III.

*Natura Authoris esse, rerum naturis cursu suum relinquere.*

Ob hæc cùm perspicuum fiat, regioni, vel climati sæpe talia esse ascribenda, ex ordine vtique faciet Naturæ vniuersique Author, si alibi in hominibus breuitatem, longitudinem alibi, alibi exhibeat mediocritatem. Ita qui topiarium faciunt, in hortis, alio loco humi nascentia fraga, aut thymum vix è terra eminentem, alio altius se erigentem rorim marinum, alio ficum caput supra hæc longè efferentem, alio adhuc celsius prospicientē pyrum certumq;, alio denique longissimè umbras proiicientē cedrum conserunt prætexuntque. Sic per Naturam ludit, in orbe terrarum, diuina sapientia, dum in una regione producit arcuatis pedibus depresso pumilioes; in alia staturæ visitationis homines; in alia demum gigantes capita alta ferentes. Hoc naturæ ius est; hæc cæli vis & potentia; istud telluris ingenium, quod Auctor cæli, terræ, ac totius naturæ

M 4

non

non magis debet impedire, quam ne alia regio calida, alia frigida, alia sicca, humida alia existat; aut ne alia arbor poma, alia pruna ferat. Non est tam sapientis Architecti, velle Momo satisfacere, aut cauere, ne Veneris sandalium carpat. Quare neq; alia, quæ in humano corpore censentur subinde vitiosa, ut arceat communis Mundi Rector, est exigendum. Si arceret, cursui rerum naturisq; ipsis manum frænumque iniiceret, & vim, quam dedit, retractaret. Aliud est, in Tibure, aliud in Sardinia esse; aliud nigrescere in Hispania, albescere in Polonia; aliud in montibus, aliud in vallibus; aliud in terris, aliud in mari degere. Tradit Soranus Ephesius, mulieres, quæ in nauibus pariunt, mutum parere; quod siue intelligatur de perpetuò mutis (quod non credo) siue non vagientibus, sed tantum mutientibus, aut præ tumultu fluctuumq; collisione non auditis, cum nascuntur. Auctor maris non debet mare ipsum, cuius tantus est in Mundo usus, cum procellis suis è medio tollere. Paripacto sunt fontes & aquæ, in nonnullis regionibus, admodum salutares, si quidem rectè usurpentur, quæ tamen

Soran.  
Itagoge  
171

gamen strumosos efficiunt incautiūs bidentes. Num igitur vniuerſi Conditor fontes obſtruere, riuos claudere, flumios auertere debet? Enim uero non debet. Esto vi-ri feminæque inde ſtrumas, tamquam carneas quasdam crumenas, e collo dependu- las, gutturalemque & ingratè pinguem, quamdam abfonæ vocis ruditatem nanci- ſcantur. Vitium deformē nobis, videtur eſſe ſtruma, fateor, & vel regia manu, non ſine prodigio, aut gratia gratis data, ſanandum; ſed num idcirco vel ſal, vel me- talla, vel lapides, quorum allapsu aquæ vim medicinalem trahunt, in nihilum re- digenda ſunt? Tum profecto & ipſæ aquæ ſerunt ē Mundo eliminandæ, ne ignem, im- mō hominem extinguant in eas inciden- tem. Stultissimi ſunt mortales, qui rem- ytilem nolunt pati, quia nocere potest ma- le uſurpata.

## §. IV.

*Cur alia alibi monſtroſa, vel non monſtroſa  
videantur?*

Moneor hīc, vt & illud obſeruem, ſape fieri conſuetudine, vt res deformes non deformes, ſed decentes videantur. Vnde deſinunt haberi pro moſtris. Ut enim ſimi-